et obligatione bonorum in haereditate Rzędzie consistentium sibi recognitis per ipsum inscripta quatuor florenos polon. persolutis ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat ac de bonis condescendit. Hac sua personali recognitione mediante.

Hospitalis Dąbrowien. Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Branscen. personaliter comparens Nobilis Matthias Skwarek Gąsowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit olim Generosi Stanislai Skwarek Gąsowski Succamerarij Terrae Bielscen. filius. Quia ipse pro construendo Hospitali pauperibus circa Ecclesiam Parochialem Dąbrowien. aream totam prout in se continet inter viam stratam Ciechanowien. et viam stratam Bransen. Cum omnibus ac singulis utilitatibus perpetuo dedit donavit et irrevocabiliter resignavit. Intromittens exnunc in eandem aream admittit pacemque et evictionem ab omnibus personis cavet sub vadijs tribus et perempta coram officio praesenti..ione omnibus iuribus remedijs se tractare habendo.

Kramkowka Tatary Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Branscen. personaliter comparens Nobilis Matthias Skwarek Gąsowski olim Generosi Stanislai Skwarek Gąsowski Succamerarij Terrae Bielscen. filius sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobilibus Alberto olim Matthiae Baykowski nec non Marina relicta olim Stanislai Woyno Zagrobski nunc Consorti Nobilis Josephi Grzesowski Stephano filio Nobilis Alberti Baykowski Cristina consorti Nobilis Martini Kulesza Catherina Anna filiabus eiusdem Alberti Baykowski ex olim Nobili Dorothea Gąsowska filia sua progenitis et ipsorum posteris. Bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate Kramkowka et Tatary Kramkowka alias consistentia sibi post parentem suum et olim Nobilem Joannem Gąsowski quondam Jacobi filium filiastrum suum sterilis decessum iure naturalis successionis concernen. in areis hortis agris pratis campis borris rubetis sylvis aedificiis parvis et magnis subditis totaque substantia et supellectili domestica ibidem existentibus cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fructibus

1775

proventibus attinentiis et pertinentiis cum omni iure suo dominio proprietatis propinquitatis ac titulo haereditario pura mera sincera ac irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuis temporibus. Ipsum iam exnunc realem in bona praemissa cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem quemvis Regni generalem ex libris duorum officiorum acceptandum dat et admittit. Submittit se cum suis posteris eosdem donatarios et ipsorum successores ab omni impedimento iuridico tueri et evincere nec solus per se iniuriare sub vadiis triplicibus. Et perempta coram officio primo responsione ac satisfactione omnibus iuribus remediis et defensis se renunciando et abrenunciando.

Wyszonki Koscielne Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens nobilis Simon olim Adami Warel Wyszynski de Warele et Wypyty haeres sanus mente et corpore existens palam publice recognovit quod nobili Lucae olim Martini Wyszynski bonorum in haereditate Wyszonki Koscielne sittorum in sorte Pierzchalinska aream a via per villam tendente ad viam post horrea protendentem per area extendentem inter metas Karasiewska et Alberti Jurgiewicz Wyszynski, item octo sulcos ab areis ad fluvium Ruskow protendentes inter metas utrimque, item in alio campo duas quartas unam secus viam stratam Branscensem et penes metam supradicti Alberti, aliam quartam in medio mansi ab areis ad borram protendentem inter metas supra iacentes, in tertio campo medium mansum ab areis Karosiewska ad granitiem Woyciechowska iacentem. Cum pratis campis rubetis et omnibus in genere utilitatibus fructibus proventibus attinentiis nullis exceptis in summa quadraginta florenorum polonicalium ad exemptionem obligavit et inscripsit. Intromissionem illi iam exnunc cum pacifica possessione per ministerialem ex libris duorum officiorum acceptandam admittit. Ipsum et evictionem ab omnibus personis cavet et tueri ab omnibus personis nec per se iniuriari sub vadio simili. Et perempta in primo termino responsione ac satisfactione nobilis contrarius exceptionibus omnibus dilationibus evasionibus infirmitatibus motionibus appellationibus et aliis quibusvis iuris remediis praemissa evadere volendo.